Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.
Wien, 1794 Seite 3037
Quelle:
Copyright:

invisibilium, *vel Cogitationib. Cordis inmundis. gerb.* 297. *Missa pro Petitione Lacrimarum. Mur.* 387. *gerb.* 298. *Missa in Monasterio. gerb.* 278. *Missa pro Uoto siue Confessione. gerb.* inscribitur *Missa uotiua pro remedio animae* 286. et 287. *Mur.* tantum *votiva*, *col.* 193. *Missa pro Iter Agentibus. gerb.* 287. *Missa pro Infirmo. Mur.* 212. *gerb.* 311. sed nobis Secreta praeter clausulam consuetam: *de eius salute laetemur*, habet et hanc alia manu additam: *tua gratuita misericordia liberetur.* In ultima item Orat. post verba: *ecclesiae tuae sanctae* interseritur ex margine *sanus et incolumis. Missa pro Salute vnius Vivi. Mur.* 194. *gerb.* 280. *Missa pro salute Vivorum.* Apud *Gerb.* 284. inscribitur *Missa pro Amicis viventibus. Missa pro Salute Vivorum. Mur.* 195. *gerb.* 269. *Missa Specialis.* Oratio prima paullum mutata *gerb.* 281. Reliquae duae in alia Missa 284. *Missa pro Amicis viventibus. Mur.* 196. *gerb.* inscribitur *Missa pro Caritate.* 299. *Missa pro Elemosinas facientibus. gerb.* 283. in not. *Missa in Agenda Mortuorum. gerb.* 321. *Item Missa pro Defunctis. gerb.* 323. *Item alia Missa pro Defunctis. gerb.* 324. *Missa pro defunctis Fratribus. gerb.* 324. *Missa in Cymiteriis. gerb.* 326. *Mur.* 223. sed cum alia *Secreta. Missa Annualis. gerb.* 328. *Missa in Die Depos. Tertia, vel Septima, vel XXXma. gerb.* 328. Hactenus *Missae votivae*, quae, quam alio ordine procedant, ac in editis, liquidum est. Illud addimus, saepe saepius vel in nostro, vel in editis deesse orationem, quae inscribitur *Alia*, et Praefationem, lectionem etiam in iis, quae utrobique adsunt, non raro aliquantum variare. A *fol.* 185. incipiunt *Missae Dominicarum per annum* a Dominica I. post. Nat. Domini, usque ad Dominicam XXIIII. post Pentecosten, quae exacte *Muratorianis* a *col.* 158. — 176. respondent. Dein sequuntur hae Missae: *In Vigilia Theophaniae. gerb.* 15. *Sabbato ante Quadragesimam.* Notatur apud *gerb.* 37. *In Vigilia Ascensionis Domini.* Orationes: *Adesto Domine Supplicationibus nostris* &c. *Haec munera domine quaesumus* &c. et *Tribue quaesumus domine* &c. habentur sparsae *gerb.* 122. 119. et 121. *In Natali Sancti Benedicti. gerb.* 150. *In Decollatione S. Johannis Bapt. gerb.* 171. sed nobis ad Complendum: *Sancti nos domine quaesumus iohannis baptistae oratio. et assequi faciat semper mente quae gerimus. et debitae seruitutis actione perfrui. In Vigilia Apostolorum Simonis et Judae. gerb.* 188.

VI. *fol.* 198. p. 2. incipit *Benedictionale Episcoporum.* Inscriptio est litera unciali miniata: *Benedictio in Vigilia Natalis Domini.* Benedictionale istud *Lambecius*, ineditum ratus, L. II. p. 300. edidit, et fidenter *Gregorio* adtribuit. Visa dein *Hugonis Menardi* editione *Gregoriani Sacramentarii*, in quo plurimae harum Benedictionum sparsae leguntur,